



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Felicis papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

sequamur. Quia ergo in his oibus diuinæ gratiæ adiutorium opus est, omnipotentis dei assiduis precibus clemētiā exoremus, quatinus ad hæc nobis operanda & velle tribuat & posse cōcedat, atque in ea nos via cū fructu boni operis quā se pastor pastorque eē testatus est dirigat, vt sine quo nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data quinto Idus Septembris, Claudio & Paterno. IIII. CC. concess.

Incipiunt Decreta Felicis pape.



Harissimo atque dilectissimo, Paterno coepo Felix eps in dño salutem. Gaudere me plurimum & exultare in dño dilectōis tue scripta fecerūt, quibus euidenter ostēdit quō catholicā diligis fidē, & quō hæreticū detestaris errorē. Hæresis quippe est nimis ipia & euāgelicæ veritatis inimica quā nō portionē aliquā lædere, sed ipsā christianæ religiōis conatū fundamēta conuellere. Quoscūque em̄ rapit ad se, nō solū in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit, & ipso suadente antiq̄ hoste nō solū psecutores ecclesiæ, sed etiā sacerdotū eius fiunt. Vna igitur mente corrigere curemus & insequimur tales, & ab hoste suo ecclesiā, eiusque fideles & sacerdotes dñi nitamur liberare. Præstabit vires oī potēs redēptor n̄s charitati atque iustitiæ. Præstabit nobis lōge a se positis vnitate spūs sui. Ipse cuius artificio quōsi in archæ modū quatuor mūdi cōstructa lateribus atque impubribili ligno rū cōpage, & bitumine charitatis astricta, vt nullius aduersitate spūs, nullius veniētis extrinsecus tumore fluctus prurber ecclesia. Sed quēadmodū illius gubernatē gr̄a petēdū est, vt nulla nos superueniēs exterius vnda cōturbet, ita ex totis orandū est visceribus frater charissime vt suæ puidetiæ dextera cumulū tentinæ nobis interioris exhauriat, Aduersarius quippe diabolus qui cōtra humiles sæuies sicut leo rugiēs circūit quērens quē deuoret, nō iā vt cernimus caulas circūiuit, sed ita valide in quibusdā ecclesiæ necessarijs mēbris dentē figit, vt nulli sit dubiū, quā nisi vnanimiter fauētē dño cunctosque prouida pastorque turba cōcurrat, omne (quod absit) citius ouile dilaniet. ¶ Quapropter detractores quos diuina autoritate eradicādi sunt, & fautores inimicorū ab ep̄ali submouemus accusatōe. Similiter ne summorum quispiā minorum accusationibus impetatur, aut dispereat, neque in re dubia certa iudicē sn̄ia, nec vllū iudiciū, nisi ordinabiliter habitū, teneat. Si quis super quibuslibet criminib⁹ clericū pulsandū crediderit, in puincia in quā cōstitit ille qui pulsatus fuerit exerceat actiones, nec æstimet eū accusator alibi aut longius pertrahendū ad iudiciū. Ille vero qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit liceat appellare primates. Primates quique accusatū discutientes ep̄m nō ante sn̄iam proferat dānationis quā apostolica freti autoritate aut reū se ipse cōfiteat, aut per innocētēs & canonicē examinatos regulariter testes cōvincatur, irritā esse iniuriā ep̄orum damnationē, idcirco à synodo retractandā. Ita vt oppressis ab oibus in cūctis subueniat causis. Cauēat iudices ecclesiæ ne absente eo cuius cā ventilat sn̄iam proferat, quā irrita erit quæ etiā rationē pro actiōe fratris in p̄sentia dabūt. Proditores vero nec calūnia, nec vox audiat. Nemo em̄ debitorē amplius p̄t cognoscere, quā ille qui iniuriā eiusque sustinuit nequitia. Oēs ergo qui in Christo volūt pie viuere necesse est, vt ab impijs & dissimilibus patiant opprobria, & despiciant tanq̄ stulti & insani. Qui p̄ntia bona pdunt, vt inuisibilia & futura acquirāt. Despectio tñ & irrisio taliū in ipsos retorquetur quos ipsos infestant, quā & abundantia eorum in egestatē, & superbia trāsibit in cōfusionē. Et quicquid iustis aduersitatum vel malorum irrogat, nō est p̄cna criminis, sed virtutis examē. Et sicut aurum quō plus excoquitur tanto melius efficit, sic iustus quō plus tribulatur (si ipsam tribulationē patienter portauerit) multo purior & clarior deo redditur. Vnde ipsa per se veritas dicit. Beati qui persecutionē patiunt propter iustitiā, quoniā ipsorum est regnū celorum. De talibus dñs per Esaiā loquitur, dicens. Audite verbū dñi qui tremitis ad verbū eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos & abijcientes propter nomen meū. Glorificetur dñs & videbimus in lætitia vestra, ipsi autē confuudentur. Vox populi de ciuitate, vox de tēplo, vox dñi raddentis retributionē inimicis suis. Anteq̄ parturiret peperit, anteq̄ veniret partus eius peperit masculū. Quis audiuit vnq̄ tale, & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parturietur gens simul quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non paria, dicit dñs? Si ego qui generationē cæteris tribuo, sterilis ero, ait dñs deus tuus. Lætamini cū Hierusalem & exultate in ea omnes qui diligitis eā, gaudete cū ea vniversi gaudio, qui lugetis super eā, vt suggatis & repleamini ab vberē consolationis eius, vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius, quā hæc dicit dñs. Ecce ego declinabo super eā quasi fluuiū pacis, & quasi torrentē inundantē gloriā gentiū quā suggestis. Ad vbera portabimini, & super genua blandient vobis. Quōsi cui mihi bladiat, ita ego cōsolabor vos, & in Israel cōsolabimini, videbitis & gaudebit cor vestrū, & ossa v̄ra sicut herba germinabūt. Et cognosceat manus dñi seruis & indignabit inimicis suis, quā ecce dñs in igne veniet & quōsi turbo quod driga eius reddere in indignatōe furorē suū & in-

Epistola Felicis pape.

crepationē suā in flāma ignis. Quia in igne dñs diiudicat, & in gladio suo ad omnē carnē, & multiplī cabūtur interfecti à dño. Qui sanctificabātur & mūdōs se putabāt in ortis post ianuā intrinsecus, qui comedebāt carnē suillā, & abominationē & mūrē simul cōsumētur, dicit dñs. Ego autē opa eorū & cogitatōes eorū venio, vt cōgregē cū omnibus gētibus & linguis, & veniēt & videbūt gloriā meā, & ponā in eis signū. Et mittā ex eis qui saluati fuerūt ad gētes, in mari, in Aphrica, in Lidia, tenētes sagittā in Italiā & Græciā, ad Insulas longe ad eos qui nō audierūt de me, & nō viderūt gloriā meā, & annūciabūt gloriā meā gētibus, & adducēt oēs frēs vros de cūctis gētibus donū dño in æquis & in q̄drigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad mōtē sanctū meū Hierusalem, dicit dñs. Quō si inferāt filij Israel munus in vase mūdo in domo dñi, & assumā ex eis in sacerdotes & i leuitas, dicit dñs. Quia sicut cœli noui, & terra noua q̄ ego facio stare corā me dicit dñs, sic stabit semen vestrum & nomē vrm. Et erit mēsis ex mēse, & sabbatū ex sabbato, & veniet omnis caro vt adoret corā facie mea, dicit dñs. Egrediētur & videbūt cadauera viroꝝ q̄ puaricati sunt ī me, vermis eorū nō morietur, & ignis eorū nō extinguetur, & erūt vsq; ad facietatē visōis omni carni. Quid aliud detrahētes faciūt, nisi in puluere flant, atq; in oculos suos terram excitāt. Ei vnde plus detrahitōis p̄lant inde magis nihil veritatis vidēt. Tales tñ frater charissime porrādi sunt & corrigēdi, quia cæci sunt & duces cæcorū. His charissime rñdi breuiter cōsultis tuis q̄ te & oēs ep̄os regulariter tenere mādamus. Tuā tñff monemus prudētīā, vt pro statu eccl̄iæ & sacerdotū eius p̄ viribus elaborare studeas, & ordinē sanctæ Ro. & ap̄licæ eccl̄iæ p̄ oīa teneas & violari sc̄dōꝝ decreta nō p̄mittas, sed oēs quoscūq; potueris iſtruas, vt fructuosos manipulos dño rep̄ntes. Vale. Data. ix. Iunij. Claudio & Aureliano. iij. cc. cōc.

Epistola Felicis pape.

Felix ep̄s vniuersis ep̄iscopis p̄ Galliæ prouincias cōstitutus in dño salutem. Bonorū operū & spiritaliū studiōꝝ deū autore esse nō dubiū est, qui eorū incitat mentes & adiuvat actiōes. Vnde letari me fecerūt scripta vestra ex bono studio & ex integritate fidei deuotōis v̄ræ, sed ex afflictōe & contritōe v̄ra magna ex pte tristauerē. Tristis em̄ tristis lectū literas v̄ras, & scripta mœsta merore debito p̄curri, quia sicut nos ecclesiæ pax sacerdotūq; eius cōcordia & trāquillitas plebis audire facit gaudiū cœlestē. Ita nos affligit & deijcit fraterna afflictio. Vos tñ nolite multū tristari, quia sicut ip̄a p̄ se veritas ait: Si de hoc mūdo fuissetis, mūdus qđ suū erat diligeret, sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mūdo, p̄pterea odit vos mūdus id est mūdi amatores. Quicquid tñ hi loquātur aut aduersum vos agāt, vos tñ semp̄ integrā seruare fidē, & puram habetote cōsciētīā, vt integer sp̄s & aīa seruetur in die dñi. Nos vero ad sup̄plēntū v̄rm frēs & coep̄os n̄ os vocauimus amplius quā septuaginta cū quibus hæc q̄ subter habētur inserta, regulariter tractādo decreuimus. Vestris em̄ ep̄istolis in oīm audiētia p̄lectis, q̄ multas (vt nostris) q̄rimonias & oppressiones in se cōtinebant v̄ras, decretisq; q̄ sunt de accusationibus ep̄orū sancta synodus dixit. Hæc sunt q̄ deinceps propter malorū hoīm insidias qui ī ecclesiā & in ecclesiasticos seuiūt viros indifferenter cōseruare firmissime volumus in secula. Si quis ep̄s ab illis accusatoribus qui recipiēdi sunt fuerit accusatus, postq̄ ip̄e ab eis charitatiue cōuētus fuerit, vt ipsam causam emādare debeat, & eā corrigere noluerit, non olim, sed tūc ad summos primates causā eius canonicē deferatur, qui in cōgruo loco infra ipsam prouinciā t̄p̄e cōgruo, i. autūnali vel æstiuo cōciliū regulariter cōuocare debebūt, ita vt ab oībus eiusdē prouinciæ ep̄is inibi audiatur. Quo & ipse regulariter conuocatus si eū aut infirmitas, aut alia grauis necessitas nō detinuerit adesse debet, quia vltra prouinciæ terminos accusandi aū licētia nō ē, quā audiētia rogetur. Nā si suis fuerit aut eccl̄iæ sibi cōmissæ rebus expoliatus, aut (quod absit) quod alienū ab oībus eē debet fidelibus à sede propria eius, aut in detentōe aliq̄ à suis ouibus fuerit seq̄stratus, tūc canonicē aūq; in pristino restitatur cū oīni priuilegio suo honore & sua oīa q̄ insidijs inimicorū suorū ei ablata fuerūt legibus redintegrētur, nec cōuocari, nec iudicari poterit, nisi ipse p̄ sua necessitate (minime tñ iudicādus) aduenire sp̄ote elegerit. Nullatenus ergo à quoquā rñdere rogetur aūq; integerrime oīa q̄ p̄ suggestiōes inimicorū suorū amiserat ptāti eius ab honorabili cōcilio legali ordine redintegrētur. Presul vero cū oīni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisq; libere atq; secure diu suis tūc regulariter infra q̄tuor vel quinq; aut septē mēses, iuxta qđ possibilitas ei fuerit, & nō aū cōuocatus ad t̄ps cōcilio in legitimo & canonico veniat ad cām, & si ita iuste videtur accusantiū p̄positiōibus rñdeat. Nā hoc summopere p̄uidēdū est, ne aūq; hæc oīa fiāt coactus rñdeat, quia cōtētiō semp̄ vitāda est. Adimi nāq; ep̄o ep̄iscopatū anteq̄ causæ eius exitus appareat nulli chr̄iani videri iure p̄t, quia talis p̄sumptio

Alia epistola Felicis pape.

hoc vobis tribuat incitamentū, vt oibus fratribus & coepis nris qbuscūq; tribulatōibus laborā-
tibus totis succurratis viribus, & cū eis cōpatietes crucē eiusdem dñi saluatoris portetis vt veri
ipsius discipuli corā oibus appareatis, vt & vos & q vobiscū sunt hic & in futuro meliora possi-
deatis q̄ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec i cor hoīs ascēdit q̄ pparauit deus diligentibus se,
Per dñm nrm Iesum Christū, p̄ quē, & cū q̄ om̄ipotētī deo gloria in secula seculorū. Amē. Vale-
re vos opto charissimi frēs. Data. V. Idus Augusti Claudio, & Paterno, IIII. cōsulis, cōcessi,

Item epistola eiusdem ad Benignum.

Bilectissimo frī Benigno ep̄o, Felix ep̄s in dño salutē. Suscipientes fraternitatis tuā e-
pistolas qbus me sup̄ fidei documētis q̄ ab alijs habebātur aliter quā recte fidei con-
tineāt sacramēta, put dñs dedit, p̄ f̄nitatis amore r̄ndere nō resuluimus, Semp̄ em̄
dubia & maiora negocia terminū ab hac sancta sede à tpe apostolorū q̄ eā suis docu-
mentis instruxerūt accipere cōsueuerūt, & ideo tu recte fecisti qd̄ huius sancte sedis cōsultis te
ceterosq; firmari & instrui voluisti. Cōtinebāt em̄ littere tuæ fratruūq; tuorū qd̄ quidā dicūt si-
lium nō posse pprie videre patrē, q̄ scriptū ē. Deū em̄ nemo vidit vnq̄, & alij fingūt. Ideo mi-
nor est p̄re filius qm̄ p̄ illi phibet testimoniū. Quidā aut̄ gariūt qd̄ ideo p̄re minor est, q̄ inuisi-
bilis ipse dicit, filius vero visibilis cōprobat. ¶ Hi em̄ ignorātes diuinā scripturā & apostolo-
rum iura, ex proprio aut adulterino sensu talia fabricāt, & seducere corda fidelīū q̄runt. Nos ve-
ro ad ipsius fontis originē redeamus, ex q̄ filiū patrē semp̄ videre potuimus vel posse euidentiōri-
bus testimonijs de veteris & noui instrumētī literis doceamus, Salomone dicente. Est tecū sapi-
entia q̄ nouit opa tua, q̄ affuit tibi cū faceres orbē terrarū, & ipsa nouit qd̄ sit placitū corā oculis
tuis. Et dñs in euāgelio. Nemo nouit filiū nisi pater, neq; patrē q̄s nouit nisi filius & cui voluerit
filius reuelare. Et itez. Nemo deū vidit vnquā, nisi vnigenitus filius q̄ est in sinu patris, ipse nar-
rauit, Et itez. Iudæis dixit. Vos nō nostis eū, ego autē noui eū, Quod si dixerō q̄ nō noui eum,
ero similis vobis mendax, Itē ibi, Qui ex deo est, hic nouit eū. Et itez. Ego noui eum q̄ ab ipso
sum. ¶ Ecce docuimus, q̄ videt semp̄ filius patrem. Quō astruunt eū patrē nō posse videre, in
cuius sinu noscūt permanere, Si sereno sensu diuinā recenseas scripturas inuenies nō solū patrē
filio testimoniū phibentē, sed totam simul inseparabilem trinitatem ipso dño protestāte, q̄ ait
Ego sum q̄ testimoniū phibeo de me ipso, & testimoniū phibet de me, q̄ misit me pater. Et ite-
rum, Si ego testimoniū phibeo de me ipso testimoniū meū verū est, q̄ scio vnde venio & q̄ va-
do. Et de spū sancto. Dum venerit paraclētus spūs veritatis ille testimoniū q̄hibebit de me, intē
de q̄so, intende qm̄ in qbus vna testificatōis virtus ostendit, nullus ab alio neq; potior neq; infe-
rior iudicatur. Sepius ista iam diximus, q̄ secundū hominis formā filius visibilis dicit, secundum
vero deitatis substantiā inuisibilis p̄dicatur paulo attestante apostolo. O altitudo (ingr) sapien-
tiæ & sciētiae dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Et in Esaia. Cui
similē æstimatis eū cū sit ipse inuisibilis. Et itē apostolus, Mihi aut̄ minimo oim̄ sanctorū data ē
gratia hæc in gētibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare om̄es q̄ sit dispo-
sitio sacramētī absconditi à seculis in qbus om̄ia creauit, Itē ipse, Qui est (ait) imago dei inuisibi-
lis, Et ad Colloenses. Ego Paulus minister q̄ nunc gaudeo in passiōibus meis pro vobis & sup̄-
pleo q̄ defunt tribulationū Christi in carne mea, p̄ corpore eius qd̄ ē ecclesia, cuius factus sum e-
go minister secundum dispensationē dei in ministerium Christi, qd̄ absconditum fuit à seculis &
à generatōibus. Itē ibi vt consolent̄ corda eorū in charitate in om̄es diuitias adimpletionis in-
tellectus in agnitionē mysterij qd̄ est Chrūs, in q̄ sunt om̄es thesauri sapiētiae & sciētiae abscon-
diti, & in psalmo septuagesimo sexto. In mari est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vesti-
gia tua nō cognoscent. Et in Salomone, Sapientiā dei p̄cedentē om̄ia q̄s inuestigabit. Item ibi.
Radix sapiētiae cui reuelata est, & astutias illius q̄s agnouit. Itē ibi. Disciplina sapiētiae cui mani-
festata ē, & multiplicationē ingressus illius q̄s intellexit. Item ibi. Quoniā mirabilia sūt opera
dñi solius, & gloriosa & abscondita, & opera illius inuisa hominibus. Ecce sicut pater inuisibilis est,
ita & iam & filius inuenitur. Quō ergo ab illis q̄ hoc dicūt qd̄ mādastis in eo qd̄ nobis carnalitet
se videri dignatus ē patre inferior iudicatur. Talibus nolite credere vos & alios ab eorū sensu
auertere docete, Vos ergo seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Apprehendite disci-
plinā ne pereatis de via iusta. ¶ Hæc vero apostolorū ē vna traditio, hæc vera charitas quæ p̄-
dicanda ē, & veraciter diligenda, ac fouenda, atq; fiducialiter ab om̄ibus tenenda, Hæc sancta &
apostolica mater omniū ecclesiarū Christi ecclesia quæ per dei omnipotentis gratiā à tramite
apostolicæ traditionis nunq̄ errasse probatur, nec ab hæreticis nouitatibus deprauanda succu-
buit, sed vt in exordio normā fidei christianæ p̄cepit ab autoribus suis apostolorū Christi prin-
cipibus illibata sine tenus manet, secundum ipsius dñi saluatoris diuinā pollicitationē qui suorum
disci-

discipulorum principi in suis fatus est euangelij Petre (inquiens) ecce sathanas expetiuit ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit persistere in dispensatione nobis credita, & in fide recta atque hereticis & a multis Christi repugnare, & nunquam a veritate tramite declinare, quam dominus & saluator omnium cuius fides est qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, qui fide Beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit quod apostolicos pontifices vestrae exiguitatis predecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea licet impar & minima pro suscepto tantum diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere, Vt enim nobis erit, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli predicauerunt predicare neglexerimus. Vt erit nobis si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare numerarij iubemur. i. christianos populos iuuare & docere. Quid in ipsius futuro Christi dicturi sumus examine si sermonum eius veritatem confundimus predicare? Quid erit de nobis cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto ratione iustus iudex Christus deus noster districtam exegerit? Ideo fratres hortor dilectione vestram, obtestor & moneo, ut qua potestis & debetis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos hereticos & inimicos sancte dei ecclesie, & a sanis membris ne pestis haec latius diuulget feueritate quam potestis per viribus extirpetis, quam ut habeat a deo digne remuneratorem primum qui diligentius quod ad salutem commisit sibi plebis proficiat fuerit executus: ita autem tribunal domini de reatu negligentiae se non poterit excusare qui quae plebem suam contra sacrilegae persuasionis autores noluerit custodire. Data nonas Februarij, Claudio & Paterno, IIII, CC, concess.

Incipiunt decreta Euticiani pape.



Harissimis fratribus Iohanni & omnibus per Beticam prouinciam constitutis episcopis Euticianus episcopus in domino salutem. Hortatur nos aequitas postulationis desiderio fraternitatis tuae gratanter annuere, & consultiis tuis breuiter respondere. Et quauis dilectione tua sciam ad omne opus omne bonum esse deuotam ut tamen efficacior fiat ad illos qui sane non sapiunt quod eos de incarnatione saluatoris nostri informare debeas, mandamus. ¶ Vnum igitur hoc immobile fundamentum, una haec felix fidei petra Petri ore confessa. Tu es (inquit) Christus filius dei cuius tanta se argumeta sustinens veritatis quate pueritatis quod est & infidelitatis calumnie mouebunt, iam in ceteris dispensatio voluntatis paterne sit. Ergo prout & corpus, postquam crux, mors inferni, salus nostra est.

A
Anno domini, 276
Eurelia 6
no et Ta
cito i per a
tibus,

¶ Humani enim generis causa dei filius natus ex virgine est, & spiritu sancto ipso sibi in hac operatione famulante, & sua (dei videlicet) inumbrante virtute corporis sibi initia conseruit & exordia carnis instituit, ut homo factus ex virgine naturam in se carnis acciperet, per quam huius admixtionis societate sanctificatum in eo vniuersi humani generis corpus existeret. Et quemadmodum omnes in ipso per id quod corporeum fecerit voluit conderent, ita rursus in omnes ipse per id quod eius est inuisibile referret. Dei igitur imago inuisibilis pudore humani exordij non recusauit, & per conceptionem patrum vagitum & cunas, omnesque naturae consuetudines transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantae dignationis affectu repederetur? Inenarrabilis ergo a deo originis vnus vnigenitus deus in corporis humani formam sanctae virginis utero insertus accrescit, qui omnia continet, intra quem & per quem cuncta sunt humani prout lege profert. Ad cuius vocem archangelus atque angeli tremunt, coelum & terra & omnia huius mundi resoluunt elementa, vagitus infantiae audiat. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderatus cunis est obuolutus haec si quis indigna deo recolat, tanto se maioris beneficij obnoxium confiteatur, quanto minus haec dei conueniunt maiestati. Non ille eguit homo effici per quem homo factus est, sed nos equimus ut deus caro fieret, & habitaret in nobis. i. assumptione carnis vnus vnus interna vniuersae carnis incoheret, Humilitas eius nostra nobilitas est. Contumelia eius honor nostra est. Quod ille deus in carne consistens, hoc nos vicissim in deum ex carne renouati. Plane vitam suam nescit qui Christum Iesum ut verum deum, ita & verum ignorat hominem. Et eiusdem piculi res est Iesum Christum vel spiritum sanctum deum non credere, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in caelis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in caelis est. Haec verbum caro factum loquebatur & homo Iesus Christus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiae constitutus, & ipso illo inter deum & homines mediatoris sacramento vtriusque vnus existens dum ipse ex vnitatis in idem naturis, naturae vtriusque res eadem est, ita tamen ut neutro careat in vtroque, ne forte deus esse homo nascendo defineret, & homo rursus deus manendo non esset. Haec itaque humanae beatitudinis fides vera est deum & hominem predicare verbum & carnem confiteri, neque deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod verbum sit. Natus igitur vnigenitus deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporis in semetipso profuturus in deum hominem hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit,

H α vt se dei